



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Occupationes eius in Concilio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Fuit tanti viri adeò fama inclyti, expectatiq; ad-
uentus, & conspectus tum ceteris periucundus, Aduentus suus
Cardinalis
Hosium suus.
tum miro modo salutaris Hosio Cardinali. Decū-
bebat optimus Præsul sanè grauitè, deque vita
penè desperans ad exitum adornandum seriò iā
curam adiecerat. At vbi Canisius aduenit, ita dul-
cissimi conspectu amici, coniunctissimiq; com-
militonis præsentia affectus est, atque adeò san-
cti viri salubritate vir sanctus afflatus, vt omnis
continuò languor abscesserit. Quod pro insigni
Dei beneficio ipsemet Cardinalis nec mirari de-
inde, nec prædicare desinebat. Occupationes cō-
festim plurimæ, variæque ad Canisium quasi ag-
mine conuolant. Occupationes
eius in Con-
cilio. Archiepiscopus Pragensis An-
tonius de Muglitio, qui nuper ab longo interual-
lo primus ei Ciuitati, haud nullo Canisij ipsius
merito, studioque redditus erat, plurimum viri
opera vtebatur: longè plurimum Cardinalis Var-
miensis, idemque è Concilij Præsidibus, quem
nuper appellauit, Stanislaus Hosius: qui cum eo
totum animum & intimos sensus, & quicquid ad
priuata, publicaue attineret negotia, tanquam
altero se communicabat. Ad hæc consilio adnu-
meratus est Episcoporum, atque Theologorum,
b 2 qui-

quibus demandata erat emēdatio Indicis, quem
 Romani censores de libris non legendis ediderāt
 Dixit & suam inter Theologos de Eucharistia sen-
 tentiam pari cum laude doctrinæ, atque mode-
 stiæ: quem ille successum, vt alios omnes, haud
 quaquam suæ vlli facultati, sed sociorum ap-
 Deum promeritis, & precationibus adscrip-
 Nihilominus tamen pro summo illo sui con-
 temptu videbatur sibi in eo sapientum Concilium
 velut anser inter Olores: vtque alibi loquitur
 nus ad lyram. Itaque paulò amplius mense Tri-
 denti versatus, cum & à Cæsare Oenipontum
 ab Othone Cardinali Augustam euocaretur, la-
 tissimus ipse ab omnibus ferè inuitis dimissus
 Oeniponti iam erat collegij firmans initia, cura
 Societatis Præpositus Generalis Iacobus Lainium
 ex Gallia Tridentum contendens Augustam tra-
 siuit. Mira Lainium Augustanorum Catholicorum
 excepit benignitas: sed omnium eo consp-
 rauere preces, vt Canisium ipsis suū primo quo-
 tempore restitueret: adeoque contendere, vt co-
 gerent polliceri protinùs redditurum. Itaque v-
 primum Oenipontum peruenit, missa omni al-
 cura redire protinùs Augustam iussit.

*Modestia, &
humilitas.*

*Reperitur ab
Augustanis.*

Exco